

151 (*Fälschung*).

*Markgraf Konrad von der Ostmark cignet dem Kloster Dobrilugk, wo seine Gattin begraben liegt,
16 Hufen in Lubsch u. a. Wahrenbrück, 1210 Dez. 18.*

*Hdschr.: Or. Perg. Ernestin. Ges. Archiv Weimar. Reg. Oo pag. 700 No. 4. Das grüne S., an rothen und gelben
Seidenfäden, = Taf. IX. 6. Phot. II. St. A.*

Gedr.: Ludewig, Reliquiae manuscr. 1,28.

Anm.: Die Urkunde ist gefälscht. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturkunden 17 und 148 Anm. 5. Vergl. No. 35.

5

¶ In nomine sancte et individue trinitatis. Cōnradus dei gratia Orientalis
marchio.: | Cum omnia, que sub sole geruntur, alta soleat sepelire oblivio, sicut apud
nos nulla est aut | modica priorum memoria, idem nobis de nostris posteris relinquitur 10
expectandum, nisi forte in aliquibus | causis, que ad deum pertinent, nostram valeamus
alligare memoriam. Proinde nos quatinus apud fratres in Doberluch deo et sancte
Marie servientes nostra et dilecte coniugis nostre inibi sepulte cotidiana sit recordatio in
villa nostre proprietatis, que dicitur Lubs, xvi mansos cum omni utilitate ac libertate
ipsis assignavimus. Insuper et partem illam, que pro capitali reatu et pro effusione 15
sanguinis nostro iuri competeat, in ipsis bonis prorsus abdicavimus et abbati libenter
reliquimus. Decimam quoque vinee, que est in Belgora, et decimam vince in Zlauboren-
dorf loco prefato in elemosinam contulimus. Istasque donationes idcirco et presentis et
futuri temporis insinuamus hominibus, ut omnes eis adversantes sine causa repellamus
et a virorum illorum impetitione arceamus. Unde et presentem paginam conscribi eamque 20
sigilli nostri appositione et idoneorum testium confirmatione communiri volumus, quorum hec
sunt nomina: Gerardus abbas de Volkolderode. Ramundus monachus. Iohannes notarius
noster. Cōnradus capellanus. Adolfus comes de Schowenburg. Wernerus de Satem.
Ensfridus pincerna. Otto de Povch. Bruno de Wisiz et plures alii. Acta sunt hec in
villa Wardenbruke anno ab incarnatione domini m. cc. decimo, indictione xiii., xv kal. 25
ianuarii sub Alberto abbate; feliciter.

(S.)

152 (*Fälschung*).

*Markgraf Dietrich bestätigt von dem Markgrafen Konrad zum Seelenheil seiner Gemahlin dem
Kloster Dobrilugk gemachte Zuwendungen. Wahrenbrück, 1210 Dez. 19. 30*

*Hdschr.: Or. Perg. Ernestin. Ges. Archiv Weimar. Reg. Oo pag. 708 No. 5. Das grüne S., an gelben und rothen
Seidenfäden, = Taf. III. 2. Phot. II. St. A.*

Gedr.: Ludewig, Reliquiae 1,28.

Anm.: Die Urkunde ist gefälscht. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 17 und 184 Anm. 5. Vergl. No. 35.

¶ In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis et 35
Orientalis marchio.: Licet omnium hominum paci atque securitati pro nostri ratione
principatus prospicere nos conveniat, eorum tamen tranquillitati et quieti | sollicitius
intendere nos oportet, qui se propter deum ab huius secularis vite sequestrare tumult-
ibus, ne si eos indebite ab importunis | et malis hominibus inquietari permiserimus, gladium
sine causa portare inveniamur. Huius rei gratia notum esse omni homini volumus, quod 40